Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qui ex illa die nec proprii corporis potestatem se habiturum
sciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebus propriis quibus
vestitus est. et induatur rebus monasterii. Illa autem ves
timenta quibus exutus est reponantur in vestiario
conservanda. ut si aliquando suadente diabolo consen
serit ut egrediatur de monasterio quod absit tunc exu
tus de rebus monasterii proiciatur. Illam tamen petitio
nem quam de super altare abbas tulit non recipiet. sed
monasterio reservetur. De filiis nobilium uel pauper
Si quis forte de nobilibus | quomodo recipiantur
offert filium suum deo in monasterio. si ipse pu
er minor etate est. parentes eius faciant petitionem
quam supra diximus et manum pueri cum oblatione et
ipsam petitionem involuant palla altaris. et sic eum
offerant. De rebus autem suis aut in presenti petitione
promittant sub iuramento. quia numquam per se. numquam
per suspectam personam. nec quolibet modo ei aliquando
aliquid dent aut tribuant rationem habendi. Vel certe si
hoc facere noluerint. et aliquid offerre voluerint in
elemosina in monasterio pro mercede sua faciant ex re
bus quas dare volunt monasterio donationem. reser
vato sibi si ita voluerint usufructuario. atque ita omnia
obstruantur. ut nulla suspicio remaneat puero
per quam perire possit. Quod experimento didicimus. Si
militer autem et pauperiores faciant. et cum oblatione
offerant filium suum coram testibus. De sacerdotibus
Si quis | qui volunt in monasterio habitare
de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi roga